



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilman**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

14. De AEtnæ montis et Heclæ terribilibus incendiis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

*Laurentius Surius in Chronicis sub annum 1537 ad-  
ducens Trogum lib. 4. & Strabonem. De Aethna  
montis & Hecla terribilibus incendis.*

## C.A.P. XIV.

**A**NNO 1537. mense Aprili A Ethna mons Si-  
ciliæ, materia plenus sulphurea, quam hu-  
mida gignunt nutrimenta, ingentē ignis mal-  
sam euomuit, quæ nob̄ repentina, sed passim  
decidens, colles, nemora, saxa rupes, pagosque  
duos, (nam multos ille mōs agros complecti-  
tur,) flammis vastauit. Eius montis ignis sul-  
phureus, interdiu obscurum & subnigrum,  
noctibus verò proterius horrendum spectan-  
tibus ostendit. Feruntur in summo vertice mi-  
rabiles esse mutationes, interdum erumpente  
ingenti flumine, aliquando vel flāma, vel ob-  
scuro sumo. Id verò summam habet admirati-  
onem, quod illius ignis calor, neque frigus  
depellere, neque villo frigore tēperari potest.  
Verisimile est, quicquid dicunt Philosophi, in  
locis quædam esse Tartari ostia, aut loca  
puniendis animabus destinata: quemadmo-  
dum etiam in Islandia insula, quæ in Oce-  
ano sita, æstiuo solsticio noctem nullam, bru-  
mali nullum diem habet, mons est, Occiden-  
tem versus, Hecla dictus, à quo non longè ab-  
sunt fodinae sulphuris, quod inde copiosissime  
plenis manibus euhitur. Mons ille cùm fuit,  
haud secus atque horrenda tonitrua insonat,  
projicit ingentia saxa, sulphur euomit, cineri-  
bus

bus egestis terram circum circa tam longè ope-  
tit, ut ad vicesimum lapidem vel miliare colli-  
non possit. Sunt ibi multæ voragine, ita cinc-  
ribus operte, ut vix cuitari possint ab illis, qui  
ut eius incendij naturam explorent, proprius  
montem accedunt, è quibus plerique viui à  
voraginibus absorbentur. Emergit illic ignis  
quidam, qui aquam absumit, stupam non ab-  
sumit. Visuntur illic mortuorum spiritus, qui  
in nota specie offerunt se familiaribus collo-  
quiis hominum, idque adeò, ut adhuc viuere  
putentur ab illis qui eos nesciunt, vel submer-  
sione, vel alia violenta morte perire. (Nam  
tales precipue apparent) cum autem orant eos  
amici, vel noti, ut domum redeat, dicunt cum  
ingenti gemitu, se petere montem Heclam, ili-  
coque disparent. Voluit autem omnipotens  
Deus, eiusmodi in terris exstare loca terribilia,  
ut certius noctint mortales, quæ pœna mancat  
impios post hanc vitam, & sic discant timere  
Deum, ut possint æternos ignes euadere.

Petrus de Palude in Thesauro homiliarum, & Ioan-  
nes Nauclerus Chronograph. volum. 3. generat.  
43. Petrus Canisius libr. 5. cap. 20. operis Mariani,  
Fulgoſius. libr. 9. cap. 12. Conrad. Lycost. lib. 12.  
Theatri, & quidam alij, de Vdone Archiepiscopo  
Magdeburgensi, qui patrocinante D. Virgine Ma-  
ria, obtinens scientie donum & Archiepiscopatu,   
monitis que D. Virginis resistens, & in Archiepi-  
scopatu flagitiore rimes, ſeuere puniuntur.

CAP.